



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ferdin. Martinez Mascareñas Ep. Algaruiensis n. 65

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*sensum exprimebat*, de tam sero cognita, amataque Societate. *Idem & voto multis audientibus semet obstrinxit*, Si ex morbo conualeceret, dotandæ in ea Vrbe Societatis. *Ibid.*

65. A FERD. MARTINEZ MASCAREÑAS *Episcopo Algaruensi*, qui singulari illo suo erga nos affectu, & existimatione, Societatem appellabat Parentem Optimam, è cuius sanctissimo Instituto tanquam ex Equo Troyano plures iam religione, literis, ac morum probitate Principes viri prodierunt. Ita ille in *Censura Tom. P. Suarij de Defensione fidei.*

Parent  
Optima: è  
cuius Insti-  
tuto velut  
ex Equo  
Troyano,  
religione, ac  
literis prin-  
cipes viri  
prodierunt.

66. A PETRO ALOYSIO *Episcopo Tricaricensi etiam Apostolico Nuncio literis ad P. Drexelum datis 19. Aprilis ann. 1630.* Vetus (inquit inter alia) mihi cum Societatis IESV hominibus consuetudo est, quam à puero cum literis, & moribus primis hausi, ac semper colui, &c. Ita *Tom. 1. Operum P. Drexelij in principio.* Idem Antistes literis alteris ad eundem: Glorior (inquit) me à pueris educatum fuisse disciplina Patrum Societatis, vel ex eo capite, quod is Ordo viris eximijs abundet in omni eruditionis laude, inter quos, &c. *Ibidem initio Eiusdem Tom. 1.*

Societas  
estimata.

Et viris in  
omni eru-  
ditione  
eximijs  
abundans.

67. \* A IOANN. EMANVELE *Episcopo Zamorensi, sic Societatis, & sociorum innocentiam in Concilio Prouinciali Salmantino, propugnante.* Ego (inquit) iurabo Reuerendissimi Patres non assistere spiritum sanctum in hoc Concilio, siquidem in illo intentatur tractari res adeo graues, & molestas aduersus tam sanctam Religionem, & quæ tantum fecit fructum suo Instituto, & exemplo in Ecclesia Dei. Ita *Tom. 4. Vir. Illust. Soc. in vit. P. Araoz cap. 1. §. 6. fol. 641.*

Propugnata  
eius inno-  
centia in  
Concilio  
Salmanti-  
no.

Fructus in  
Ecclesia ex  
eius Insti-  
tuto &  
exemplo.

68. A FRAN. DIOTALLENO *Episcopo S. Angeli, Nuncioque Apostolico Polon. in Decreto quodam aduersus Monita priuata dat. 14. Nouemb. ann. 1615.* Cum insigni (inquit) labe rotius Ecclesiastici Ordinis, impio, & sacrilego conatu sit sparsus libellus famosus contra Societatem IESV, Monita priuata eiusdem Societatis falsò inscriptus, &c. Nos & pro singulari nostro affectu erga eundem Religiosum Ordinem de Catholica

Defensa  
contra li-  
bellarium.

Est Ordo de  
Catholica  
Religione  
optimè me-  
ritus.